

DECRETUM

De iudicialibus expensis

— Visa instantia adv.ti Ottaviani, patroni resistentis in causa, diei 19 novembris 1973;

— visa instantia adv.ti H. Graziani, patroni recurrentis Capituli S.I., diei 9 ianuarii 1974;

— perpenso voto Promotoris Iustitiae circa solutionem expensarum processualium atque honorariorum;

— attentis iis quae in sententia Patrum Cardinalium praecipuntur circa iudiciales expensas,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

DECERNIT:

a) Rev.do Basilio restituatur summa apud arcam Cancellariae ab ipso deposita (lib. 450.000);

b) Capitulum S.I. solvat adv. Ottaviani honorarium (lib. 300.000);

c) idem Capitulum solvat adv. Graziani honorarium (lib. 300.000);

d) dictum Capitulum restituat Can.co Basilio summam lib. 100.000 pro relatione peritali D.ni V., et summam lib. 100.000, quam idem Can. Basilius directe suo patrono tradidit pro expensis.

Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 23 ianuarii 1974.

DINUS Card. STAFFA, *Praef.*

✠ AURELIUS SABATTANI, *a Secr.*